AUGUSTINUS. ACTUS APOSTOLORUM. EPISTOLAE CANONICAE
1. Hälfte 12. Jh. Seite 33r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36525
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift





At illa dixit. Etiam tanti. Petrus autem dixit ad
eam. Quid utiq; conuenit uobis temptare spm dni.
Ecce pedes eorum qui sepelierunt uirum tuū ad
ostium. et efferent te. Confestim cecidit ad pedes
ei⁹. & expirauit. Intrantes aūt iuuenes inuenerūt
illam mortuam. & extulerunt & sepelierunt ad
uirum suum. Et factus est timor magnus in uniuersa
eccla. & in oms qui audierant hec.

Per manus autem aplorum fiebant signa & pdigia
multa in plebe. Et erant unanimiter oms. in porticu
salemonis. Ceterorū autē nemo audebat coniunge
re se illis. sed magnificabat eos populus. Magis aūt
auge batur credentium in dno multitudo uiro
rum ac mulierum. ita ut in plateis eicerent
infirmos. & ponerent in lectulis & in grabattis.
ut ueniente petro saltim umbra illius obumbraret
quēquam illorum. & liberarentur ab infirmitate.
Currebat autem & multitudo uicinarum ciuitatum
hierlm. afferentes egros & uexatos a spiritibus in
mundis. q curabant oms.

Exsurgens autem princeps sacerdotū & omnes qui
cum illo erant que est heresis saduceorum. & reple
ti sunt helo. & iniecerunt manus in aplos. & posu
erunt illos in custodia publica. Angelus aūt dni
per noctem aperiens ianuas carceris. & educens eos
dixit. Ite. & stantes loquimini in templo plebi oma
uerba uite huius. Qui cum audissent intrauerūt
diluculo in templum. & docebant. Audiens aūt
princeps sacerdotum & qui cum illo erant con
uocauerunt concilium & omnes seniores filiorum